

Wd. 24.

10

Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
*AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.*


DISPUTATIO DUODECIMA,  
DE  
**ACTIONIBUS**  
ET  
**EXCEPTIONIBUS,**  
*Ex Tit. 6. usq; ad tit. 17. inclus. l. 4. Inst. J.*  
THESES L. Continens;

QVAM  
AUCTORITATE ET PERMISSU  
MAGNIFICI JICTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRI HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE  
**DN. MARCO RHODIO, J.U.D.**  
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.,  
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO  
ÆTATEM DEVENERANDO,  
IN ACROATERIO JURIS-CONSULTORUM  
*Ad diem XI. Decembr. An. M. DC. LXXXIV.*  
Publicè defendet  
**HENRICUS Aßmann/ Reg. Boruss.**

---

Francfurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELI, Acad. Typ.





L. D. B. V.

REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. J. IMPER.  
DISPUTATIO DUODECIMA.

*Ingressus.*

**I**ertia juris pars principalis, ab ea, qvæ in personis, & qvæ in rebus versatur, separata est, **DE ACTIONIBUS**. Qvæ varii & propè innumerabilis generis sunt, cùm partim ex proprio, partim aliorum, qui qvæve in potestate cuius sunt, negotio factòve nascantur. Hinc qvàm latissimè doctrina **DE ACTIONIBUS** intelligitur patere. Imò, ut absoluta suis numeris videatur, tradit &, per qvos eadem, & qvo sub onere, institui valeant; qvanto item temporis spatio non institutæ censeantur expirare. Porrò *Opposita cùm juxta seposita magis eluescant*, seqvitur **De EXCEPTIONIBUS**, competentibusqve ad hasce replicationum, duplicationum &c. remedii. Affinia imò actionibus sunt à Prætore adinventa, in possessionum

A 2

sessionum

sessionum favorem, *Interdicta* qvæ appellantur.. Tandem his præcipua cautionum momenta qvām opportunè accedunt, qvæ tam à litigantibus, qvām ipsis judicibus, meritò observantur.. Aliàs siqvidem illi pœnam temerè motæ: hi verò malè dirempta litis fœdō nomine incurruunt, & officii sui neutra pars fatagit. Qvæ doctrina in universum à Tit. 6. usq; ad penult. L. 4. Inst. Jur. ordine tradita. Jam verò in nomine DEI O.M. uti ad publicè ventilandum aptior visâ, ita hæc inde à me selecta

### THEISIS I.

**S**umma actionum divisio est in rem & personam. Illâ rem nostram petimus; hanc contra personam nobis obligatam intendimus.

§. 1. *Inst. de Act. L. 25. ff. de O. & A.*

### II.

Non tamen omnis, qvi in rem agit, actione reali utitur, sed etiam interdum personali, e.g. actione ad exhibendum a. Qvām hæc neqve ex verô, neqve ex qyasi contractu vel delictô oriatur b.

(a) L. 3. §. 1. 3. & seqq. ff. ad Exhib. l. 3. ff. de Cond. sine caus. Franciscus Hottomannus ad pr. b. t. n. 29. (b) Magnif. Dn. Stryk. ad §. 2. 3. de Oblig.

### III. Rei



### III.

Rei vindicatio & illi , qvi neqve dire-  
ctum , neqve utile dominium habet, com-  
petere certum est.

§. 16. Inst. de Oblig. qvæ ex del. L. ult. Faber. ad §. i.  
n. 20.

### IV.

Licet servitutes in bonis non sint *a*, ta-  
men pro retinendis iisdem actione con-  
fessoriâ utimur *b*.

(*a*) L. i. ff. de Us. & Usufr. leg. Cujac. in b. l. (*b.*) §. 2.  
Inst. b. t. L. 2. §. 1. ff. Si servitus vind.

### V.

Actio negatoria non tantum expedit,  
ut alium conveniat, sed etiam, ut conven-  
tum per modum exceptionis defendat.

L. 16. ff. Si servit. vind. Oldendorp. Clas. 3. act. 4.

### VI.

Cùm Fabiana utilis detur filiis adop-  
tivis ad revocandam alienationem patris  
*a* non absolum videtur , filios naturales  
Paulianâ uti posse ; ut rescindant alienatio-  
nem Patris in fraudem legitimæ factam *b.*

(*a*) L. fin. ff. qvæ in fraud. Patr. Beat. Dn. Brunnem. ad  
b. l. (*b.*) Antonius Uſillus ad §. 6. b. t. n. ii. & seqq.

### VII.

Actione quasi Servianâ res specialiter

A 3 oppi-

oppignerari solitæ non vindicantur, si sint  
oppigneratæ sub clausulâ generali, nichts  
aufgenommen; sed qvi posteriorem habet  
hypothecam, jure potior est *a*.

(*a*) §. 7. *J. de Act.* Carpz. P. 2, C. 23. d. 11. Bacchov.  
*de Pign. lib. 1. cap. 7. num. 1.*

### VIII.

Qvia ex remissô juramentô actio ex  
jurejur. datur *a*, rectè asserimus, eandem  
illi etiam competere, qvi conscientiæ li-  
tem commissam acceptavit.

(*a*) L. 9. §. 1. *de Jur. jur.* (*b*) Jafon. ad §. 8. b. t, Dis-  
sentit Faber n. 15.

### IX.

Filius incestuosus matrem in Jus vo-  
care prohibetur, non ob reverentiam,  
sed ne habeat, qvam matrem nominet  
*a*. Naturali tamen, licet mater sit mere-  
trix, reverentia obstat *b*.

(*a*) Arg. Auth. ex complexa. C. de Incest. §. inut. nupt.  
(*b*) L. 4. §. 3, & L. 5. ff. *de In Jus voc.*

### X.

Actio præjudicialis de partu agnoscen-  
dô utilis etiam obtinet inter fratres & soro-  
res,

res, atqve eos, qvi se Nobiles de familiâ dicunt.

*Arg. l.3. §.1. ff. de Agnosc. lib. & l.7. §.1. ff. de vent. in poß. mitt. Oldendorp. cl. 3. act. 9. n. 5.*

XI.

Si qvis demortuam ex navi ovem influmen projiciat, in conspectu aliarum, unde reliquæ in fluentum prosilientes perreunt, actione L. Aqviliæ tenetur; mortis enim casam dedit.

*Arg. l.30. §.3. ff. ad L. Aqvil. Dn. Brunnenm. ad b. l.*

XII.

Rectè etiam captivi ad duplum agunt adversus hæredes, qvi legatum pro redemtione inficiantur *a*. Non verò fiscus *b*.

*(a) Arg. L. 21. C. de S.S. Eccles. Schneid. ad b. §. n. 7.*

*(b) Jason. ad b. §. n. 41. & seqq.*

XIII.

Non malè practici actionem de communi dividundō ad ea judicia referunt, in qvibus pars parti litis sumptus subministrat.

*Carpzov. in Proc. Jur. tit. 24, art. ult. Mev. part. 4.  
Dec. 194.*

XIV.

Bonæ fidei possessor rei metu extor-

tæ

tæ omnes fructus restituit *a*, & rectè ob  
moram in quadruplum condemnatur.

(*a*) *L. 12. pr. ff. quod metus causa, & L. 14. §. 3. b. t.*  
(*b*) *d. l. 14. §. 3.*

## XV.

Constituunt aliqui differentiam hanc  
inter Actiones, B. F. & S. J. qvòd in illis  
restituens rem deterioratam non liberetur  
à primâ actione *a*; In his utiqve, ita ta-  
men, ut actio de dolô supersit *b*. Sed non  
ex omni parte hæc differentia est perfecta *c*.

(*a*) *L. 3. §. 1. ff. Commod. L. 1. §. 16. ff. depos.* (*b*) *L. 7.*  
*§. 3. ff. de dol. mal.* (*c*) *Ludovicus Gomesius ad §. 28. b. t.*  
*n. 23.*

## XVI.

Uxorem, si dotem repetat, debitori-  
bus hypothecariis etiam anterioribus præ-  
ferri certum est *a*; si tamen liberi prioris  
matrimonii dotem petant, jure postponi-  
tur *b*.

(*a*) *L. 30. C. de jur. Dot. L. 12. §. 1. C. qui pot. in pign.* (*b*)  
*Carpz. P. 1. C. 28. d. 97.*

## XVII.

Et qui minus petit, qvàm sibi debe-  
tur, rectè plus petere dicitur.

*§. 33. 3. b. t.* Franciscus Hottmannus *ad b. 5.*

## XVIII. Licet

### XVIII.

Licet minus petens, in eodem Judiciō reliquum petere debeat *a*, tamen & coram diversō Judiciō idem peti in certis casibus non ignotum est *b*.

(*a*) §. 34. Inst. b. t. (*b*) L. 47. §. 3. ff. de pecul. L. 8. §. 1. ff. de leg. l. L. 18. ff. de interrog. in jure faciendis.

### XIX.

Actiones non solidum consequentes ita dicuntur, non ob naturam actionis, sed personas, cum quibus agitur.

Dynus ad §. 36. Inst. b. t. Ægidius Hortens. add. §.

### XX.

Differentia propriè non est inter compensationem, quæ fit ipso jure, & non ipso jure; cum nulla exceptio adeo ipso jure competierit tempore Justiniani, quæ non opponi debuit tam in B. F. quam S. J. Judiciis.

Ægidius Hortensius ad §. 30. b. t.

### XXI.

Maritus inops uxori inopi, quæ dotem repetit, beneficium competentiæ non objicit.

Arg. l. 6. C. de servit. Excellentiss. Dr. Ranger in prelect. ad Inst. §. 39. b. t.

B

XXII. Ad-

XXII.

Administratores civitatis & deposito  
officio ex contractu civitatis causâ initio  
tenantur *a*. Nec creditores in probandâ  
versione ad instrumenta exhibenda vel te-  
stes producendos obligantur: sed sufficit  
conjecturis & verisimilibus argumentis  
fundata probatio *b*.

Occas. §. 2. & 4. Inst. Quod cum eo qui (*a.*) Carpz. in  
afyo adm. 6. th..46. Jason. & alii d.l. Inst. (*b.*) Mascardus de  
probat. concl. 1161. n. 1. Menoch. l. 3. præsumpt. 55. n. 4.

XXIII.

Pater, qui literas monitorias ob mu-  
tuum filii acceptat, exceptione SCti Ma-  
ced. uti non potest; non tamen adeò ob  
tacitum consensum, quam exteriorem  
qvendam actum, sc. acceptionem litera-  
rum & rationum, qvæ potior est, quam  
sola taciturnitas.

Beat. Brunnenm. ad l. 16. ff de SCto Maced. Joh. Crotus  
in rep. l. non solum §. morte ff. de nunc. novi oper. n. 94.

XXIV.

Procurator absentis amici sine man-  
dato admittendus non est, licet cautio-  
nem de rato offerat.

Angel ad §. 5. Instit. de satisdat. Soarez. lit. M. num. 30.  
Wurmb. observ. 13. in fine.

XXV.

## XXV.

Diffamatus, Agens in Judiciò diffamatorio, cautionem non præstat; qvia partes rei sustinet.

Borgn. Cavalc. dec. 17. n. 14. Berlich. P. I. Concl. 20. n. 20.

## XXVI.

Præscriptio ipsò jure perimit actiones a. etiam ex delictis oriundas, ut nec Magistratus possit poenam infligere, nisi delictum sit atrocissimum b.

Occas. Pr. de perpet. & tempor. act. (a.) L. 5. in fin. C. de Præscript. 30 vel 40. annor. (b.) L. querela C. de fals. l. 13 ff. de divers. & temp. præscript. Carpz. Pr. crim. Part. 3. qvæst. 141. p. 18.

## XXVII.

Eadem & naturalem obligationem, non tam in effectu debilitat, qvàm ipsò jure extingvit.

L. 3. de præscript. 30. vel 40. annor. Ferdinandus Vasq.  
l. 2. controversial. c. 53.

## XXVIII.

Petitio hæreditatis, qvoad liberos, 90. annis demum præscribitur. Qvod tamen de praxi magis, qvàm jure civ. fieri dicimus.

Carpz. Part. 3. c. 14. def. 30. Wesenb. cons. 8 & 9. & d. ibi alii.

B 2

## XXIX.



### XXIX.

Nee Juri luendi pignoris longissimò tempore præscribitur *a.* nec pacto de retrovendendo, nisi oblato Judicialiter pretio *b.*

(*a.*) Ant. Gabrielius *l. 5. t. de prescript. concl. 7.* Grotius *l. 2. de J. P. & B. cap. 4. tb. ult.* (*b.*) Beat. Brunn. *cent. 5. decis. 52. & 71.*

### XXX.

Actionibus obstant exceptiones, quæ, cùm ex jure naturæ fluant *a*, per statuta nemini adimi possunt *b.*

*Pr. Inst. de Except.* (*a.*) *L. 1. §. 1. ff. de except. dol. mal.* (*b.*) *Vasq. illust. quæst. 31. n. 10.* Pinell. *de rescind. vend. n. 37.*

### XXXI.

Qui Exceptionem opponit, intentionem actoris fundatam esse non fatetur *a.* Idem etiam de fugiente dicimus; melius enim est, esse in virgultis, quam compedi- bus. Es ist besser in Reiserit/ als Eisen zu seyn *b.*

(*a.*) *L. 9. ff. de Except. L. alium. ff. de novat.* (*b.*) Coth- man. *vol. 1. respons. 12. n. 190.* Carpz. *pr. crim. Part. 3. quæst. 120. n. 67.*

### XXXII.

Quamvis exceptiones peremptoriæ regu-

regulariter post L. C. sint opponendæ *a.* Il-  
læ tamen, qvæ litis ingressum impediunt,  
& ante & post L. C. opponuntur, diverso  
subinde effectu. Si ante L. C. opponan-  
tur, tantum ab instantiâ, si post L. C. ab  
ipsâ actione liberant *b.*

(*a.*) L. 4. & 8. C. de Except. (*b.*) Wesenb. ad tit. C. de  
Except. n. 4. sub fin. Scheplitz, in consuet. Brandenb. P. 2. t. 7.  
n. 16. & 17. Idem etiam servat. Jus Prutenicum. L. 1. tit. 25. n.  
22. §. 3.

### XXXIII.

Præscriptionis Exceptio etiam à par-  
te non opposita reum absolvit, si ex a-  
ctis de eadem constet. Ubi enim actio  
ipso jure sublata, Judex agentem ex offi-  
cio repellit.

Zanger. de except. P. 3. c. 26. n. 19. & 10. Nicolaus Boërius  
dec. 344. n. 5. Felinus in cap. ad aures. 6. X. de prescript. n. 3.

### XXXIV.

Si Mevius contra Sempronium ex-  
periatur actione cessâ à Judæo, rectè Sem-  
pronius excipit, negando agenti Jus cre-  
diti; favor qvippe debitori eripi non po-  
test, qvem præ creditore Judæo habet.

Reichs-Abscheid de an. 1551 §. Wievol auch in viel-  
gedachter unser Policey-Ordnung & seqq. de an. 1577. tit. 20.

B 3

von

von Juden und ihrem Wucher. S. Es sol auch kein Christ.  
Wehner. *Observ. pr. verb. Juden.*

### XXXV.

**Q**ui per instrumentum confessus, rem  
ex suâ scientiâ esse gestam, & insuper exce-  
ptioni erroris renunciavit, tamen exce-  
ptione eâdem validè utitur.

S. 1. *Inst. de Except. Arg. l. fin. §. 3. ff. de condic. in-  
deb. Covar. l. 2. resol. 4. n. 4.*

### XXXVI.

**C**ùm qvilibet Judex recusari possit *a*,  
**Q**væritur, an causa suspicionis necessariò  
sit exprimenda? **Q**vod affir: tam de jure  
**Civ.** qvàm **Canon.**

(a.) *C. si quis. & C. si licet, in fin. de for. comp. C. suspi-  
cionis. de offic. deleg.* (b.) *L. 16. C. de Judic. C. secundo requiriq.  
§. 1. X. de appell.*

### XXXVII.

Interdicta sunt vel publica vel privata.  
Privata vel adipiscendæ vel retinendæ vel  
recuperandæ possessionis gratiâ compe-  
tunt *a*. Interdictum verò, ne vis fiat ei, in-  
terim mixtum dicimus, cum pro triplici  
hoc casu adhiberi possit *b*.

(a.) *§. 2. Inst. de interd.* (a.) *§. 2. Instit. de interd. L. 1.  
pr. & §. 3. ff. ne vis fiat ei L. 3. pr. ff d. t.*

### XXXVIII.



### XXXVIII.

Interdictum, qvod legatorum, & contra donatarium mortis causâ obtinet, si insciò hærede donata occupaverit.

Arg. §. 1. Inst. de donat. & L. ult. C. de donat. Mort. tans. Boëtius de donat. cap. 5. num. 5. Ant. Faber. conject. 2.

### XXXIX.

Interdictum Salvianum extra negotium locationis & conductionis nil operatur a. Utiliter tamen extenditur ad possessorem pignoris b, excusso principali debitore c.

§. 3. Inst. b. t. (a.) arg. l. i. C. de prec. (b.) §. 3. 3. de Interd. Avth. (c.) Præsente C. i. de fidejuss. & mandat. Fachim. controv. p. 3.

### XL.

Interdictum, Uti possidetis, dejecto non prodest, licet animô sibi possessionem singat.

§. 4 Inst. b. t. L. 5. ff. de usucap. Sallyc. ad l. i. C. b. t. Franzkius Exerc. 14. quæst. 4.

### XLI.

Interdicto, Unde vi, & contra Parentes & Patronos experiri, in jure non est prohibatum.

§. 6. Inst. b. t. l. 52. §. 6. ff. de furt. Bachov. vol. 2. diff. 25. tb. 6. lit. G.

### XLII.



## XLII.

Petitorium cum possessorio pro adipiscenda & recuperanda possessione conjungi posse; dubium non est *a*. Pro retinendâ speciale est ex jure Prutenicô *b*.

(*a.*) Cap. 3. & seqq. X. de caus. posses. & propriet. (*b.*) L. I. tit. 21. art. 7. §. 1.

## XLIII.

Juramentum calumniæ non tantum tacitè remitti *a*: sed etiam statuto planè tolli posse, manifestum est *b*.

*s. i. Inst. de pœn. tem. litig.* (*a.*) Scaccia lib. 2. de Ju-  
dic. cap. 1. Lit. P. Borell. lib. 1. decif. 51. n. 1. (*b.*) Carpz.  
P. 1. cap. 12. d. 21. *Jus Prutenicum* lib. 1. tit. 32.

## XLIV.

Filios commentariensium nec simpliciter infames, nec sine labe esse dicimus, cùm patris functio ex consuetudine loci sit æstimanda *a*. Non enim omnibus gentibus eadem æqvè honesta nec æqvè turpia sunt.

(*a.*) Marqvard. Freher, *de infam.* lib. 3. cap. 23 num. 17.  
(*b.*) arg. l. 15. ff. *de injur.* l. 42. *de V. S.* ibique Gœdd. n. 9.

## XLV.

Contumacia Procuratoris præjudicat domino *a*; non tamen pro contumaci habendus, priusquam de contumaciâ lata fuerit senten-

Sententia b; Licet reus expressè quoq; dixerit, se nolle in judicium venire c.

(a.) Pacianus de Probat. l. 1. c. 30. num. 3. (b.) L. ad peremptoriam. 68. ff. de Judic. Ant. Thess. Dec. 19. (c.) Andreas Schefer. quæst. 6.

### XLVI.

Licet terminus probatorius sit peremptorius, non tamen reus à probatione legitimorum impedimentorum est arcendus, nisi ad deductionem eorum specialiter sit citatus.

Carpz. Proc. Jur. tit. 8. art. 2. num. 65. Dissentit. Matth. Coler. de process. exsecut. Part. 1. cap. 2. n. 33.

### XLVII.

Insonis incarceratus, & suppicio destinatus, impune custodes interficit, si aliter evadere nequeat.

Arg. l. 1. de bon. eorum, qui ante sentent. Becht. de secur. & sal. cond. tb. 20. Grotius de J. B. & P. l. 2. cap. 1. §. 4.

### XLVIII.

Advocatus, qui in productis adversariorum convitiis lacepsivit, coram eodem Judge actione injuriarum rectè convenitur, licet ratione personæ vel domicilii alterius jurisdictioni subsit a. Æqvissimum enim est,

C ut se-

ut seqvens in agendō alterius arbitrium , il-  
lum contra se Judicem habeat in pari nego-  
tiō b.

- (a.) Carpz. Proc. Jur. tit. 3. art. 2. num. 65. 66. & seqq.  
(b.) L. 14. C. de sent. & interlocut. omn. Jud. Jacob. Schult.  
Obs. 38. Anton. Faber. in Cod. lib. 3. tit. i. def. 39. n. 3.

## XLIX.

Judicem, pœnas statutis determinataſ  
exalperandi, & mitigandi, potestatem habete,  
certum eſt.


L. quid Ergo. § pœna gravior. ff. de his qui not. infam. L. si  
severior. C. eod. Alciat. in l. 39. num. 6. de verb. signif. Covat.  
resol. 9. n. 8.

## L.

Conclusio in causâ partes, non Judicem,  
adstringit a; si tamen præpostere conclu-  
tur, appellatioſi locus eſt b.

- (a.) Gail. lib. 1. Observ. 107. Gravet. Cons. 144. n. 7.  
(b.) Mev. Part. 5. dec. 239.





NOBILISS. DN. RESPONDENTI  
DISPUT. HUJ. AUTORI  
LAUDATISSIMO.



Ctio quas vires & quasi Exceptio vires  
Præferat, ars probat hic, ingeniumq;  
Tuum.

Consequeris plausum, Viader quem Sponte merenti  
Tollit, & ASMANNUM Pregela clara sonat  
Actio donec erit, nec non Exceptio juris,  
Inde tuas laudes, Musa decusq; canet.

His paucis gratulari de egregio juri  
Specimine Vol. Disp.

PRÆSES.

---

HEINRICUS ASMAN  
Per Anagr.  
EN HINC ARA MUSIS.

Non est ingenii cuiusvis, ponere Musis  
Aras, & sacris addere thura focis  
Sacrificare Diis res ardua, plena periclis,  
Hiscenti à druidis condita pœna gravis  
Sed risere metum, qvorum præcordia Titan,  
Finxit, & in partes omina fausta trahunt.

Ara

*Ara stat hinc Musis ASMANNI nomine structa,  
Nescia collabi, nomina donec erunt.  
En abit in flamas, ardente labore qvod offers,  
Nam sine thure Sacros non decet esse focos.*

*Hicce paucis affectum suum  
contestari voluit*

**VALENTINUS HEINRICUS  
HOFFMANN, Prussus.**

---

**A**ctio vita tua est, hæc quam probat actio,  
namque  
*Non segnes animos Actio Juris habet.*

Qvō votivō omne specimen in tam difficulti  
juris materiā cum laude à Nobiliss.  
Autore depositum exhibet

J. S.

---

**D**um memor officii contexere carmina tento  
Ut tibi de studiis gratuler inde tuis  
Addere nil possum nisi votum, sumere qvondam  
Ut liceat studiis præmia digna tuis.

*Ita Nobiliss. atq; Doctiss. Dn. Autori  
Amico & Consalino suo suaviss.  
debitè precatur*

**GEORGIUS Tezel.**







Kc 3008

TESTAMENTO RELICTI.  
BIBLIOTHECA ACAD. FRIDERICIANAE  
STATVS INTIMI, cetera,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARIU  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
DN. DAN. LVDOVPHI,  
ILLVSTISSIMI VIRI,  
EX LIBRIS

ULB Halle  
006 374 700



3

1077

RIC





**Farbkarte #13**



10

Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
*AD INST. JUR. IMPERIAL.*  
DISPUTATIO DUODECIMA,  
DE  
**ACTIONIBUS**  
ET  
**EXCEPTIONIBUS,**  
*Ex Tit. 6. usq; ad tit. 17. inclus. l. 4. Inst. J.*  
THESES L. Continens;  
QVAM  
AUCTORITATE ET PERMISSU  
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRI HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE  
**DN. MARCO RHODIO, J.U.D.**  
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.,  
DOMINO PATRONO ac PROMOTORE SUO  
ÆTATEM DEVENERANDO,  
IN AGROATERIO JURIS-CONSULTORUM  
*Ad diem XI. Decembr. An. M. DC. LXXXIV.*  
Publicè defendet  
**HENRICUS Asmann/ Reg. Boruſſ.**

---

Francfurti ad Oderam, Typis JOH. COEPSELI, Acad. Typ.